

VK
744



268

IV.
13.
.142, 4.



Vk

744

268. a

BREVIS
LUSATO-
GRAPHIA:

Quam
SUB PRÆSIDIO

CHRISTIANI GUEINZI,

Gymnasiarchæ Hallensis, Præceptoris

sui longè meritissimi

Representat.

PETRUS ERNESTUS von Wolffersdorff/

Eques Lusatus, auff Bornsdorff/

In Auditorio majori, ANNO M DC XLIX.

XX. OCTOBR.

HALLÆ SAXONUM,

Typis hæredum Oelschlegelianorum.

n. 6 XXXII.



IV.
13.
142, 4.

2, 761



POTENTISSIMI ET SERENISSIMI
ELECTORIS SAXONICI
PERILLUSTRI ac PLENIPOTENTI
In Lusatia inferiore

DN. PROMARHIONI
Dn. SIGISMUNDO SIG-
FRIDO, Generosiss. Baroni à Promnitz / Dy-
nastæ in Pleß / Soraw / Tribel & Naumburg.

Juxtimq̃
GENEROSO ac FORTISSIMO
Excubationum Castransium Pedestrium
DN. GENERALI PRÆFECTO
Dn. SIGISMUNDO à Wolf-
fersdorff / Nobilissimo Hæreditario in
Bornedorff / Slichaw & Solnitz / Pa-
renti dilectissimo,

Dominis suis Gratosiss & Clementibus

D. D. D.
PETRUS ERNESTUS à Wolffersdorff /
AUTOR & RESPONDENS.

AN.



ANTERIS.



Acundissimi Symmachi l. 8.
 Ep. 66. eximium est dictum: *Patria
 præ cunctis vitæ voluptatibus diligenda;*
 Nimis enim impium [inquit idem l.
 6. Ep. 18.] & crudele est eam deserere;
 siquidē propterea natura ipsa, nescio
 qua dulcedine, omnes cepit, ut patrij
 agelli ambitus teneræ affectu onis desiderio ament; Quo-
 rum cum & mihi inolevisset amor, non videbor Au-
 strum perculisse, sed pium laborem iniisse, dum de hac
 quæ ἀξιόλογα καὶ ἀξιομνημόνδιτα occurunt conor tradere.
 Sit itaq; σὺν Θεῷ Thesium,

I.

*Summatim proponendo; Lusatorum Natio
 celebris est & nobilis.*

Testimonium nobis tribuat *Seneca in Medea*; Cui Suevos
 (quorum natio non minima Lusati) nobiles vocat, *Plut. in Ca. s.
 vita*, Germanorum præstantissimos, *Strabo lib. 4.* Potentia &
 hominum frequentia reliquos antecellere dicit, vocitatq; eos
 gentem amplissimam, *lib. 9.* Ad quod etiam *Tacitum Historiæ*
 scriptorem verum atq; acutum cito, *De Germanorum morib.*
 qui in hæc verba erumpit: Semnones (seu Senones vocat *Plin.
 Natur. histor. l. 4. c. 18.*) vetustissimos nobilissimosq; Svevo-
 rum memorant, ut se Svevorum caput credant, quin & addit
lib. 19. Annal. Svevos esse gentem fidei commissæ potentiorem.
 Et quamvis in illis existat *δυσωπία* quædam s. pudor minus con-
 veniens, potius rusticitas, ita ut ab humanitate alieni videantur:

tamen

A 2

MI
 ENTI
 IG-
 / Dy-
 g.
 Wolf
 o in
 us
 dorff/
 AN.



tamen hoc ipsum in hominibus illis, qui minimè eruditione tincti evenire solet: Sin verò rectè literarum ac morum præceptis erudiantur ac educantur, non solum videre licet illorum ingenia bonarum disciplinarum ac artium omnium capacia, verum etiam aptitudinem quandam singularem ad res magnas præstandas. Hinc, uti notum est, ex illa natione viri literarum artificij scientissimi extiterunt. Refert præterea *Curaeus in Annal. Siles. part. 2.* versus ad Silesiorum & Lusatorum laudem pertinentes sequentes:

Gens astuta, sagax, prudens, industria, solers,
Provida consilio, Legum, Jurisq; perita,
Corpore, mente valens, animo vigil, ore venusta,
Membrorum levitate vicens, patiensq; laboris,
Prompta manu, sermone fluens, avidissima laudis,

II.

Sigillatim; Et l. definiendo l. dividendo; Definiendo l. secundum definitionem Nominis; Et est vel propria; Lusatia partim Vandalico, partim Germanico utitur nomine.

Vandalico seu Slavico: Quia Lusati dicuntur à Luc, quod Sclavis idem est ac Sylva, ex quo Lusati qf. *Walbsasser / Dresserus de Ger. Urb. Isag. Hist. part. 5.* unde & *Lucca*. Neq; derivatio hæc insubida (ut *Symm.* loquitur) videtur, siquidem loci cōvenientia hoc ipsum infert, dum undiquaq; ferè sylvæ ac nemora oculis subjiciuntur. Germanico vero idiomate quod utatur, testis *Alhamm. in Comm. ad Tac. Germ.* Quod tamen aliquantulum difficultatis habet, *B. Luth. rom. 5. Jenens. f. 141. Verulamius l. 1. de Augment. scient. fol. 29.* dum nihil certi cognosci potest. Cum verò ad illustrationem Patriæ multum proffit, arbitror satis esse probabilitatem sequi: & ita mihi forsitan vitio haut dabitur, si in rebus clariore luce nondum vestitis, id, quod verisimillimum est, ponere velim. Et sic tentabo, derivando Lusatiā, die *Łausnits* à verbo Germanico *Łauschen* per elisionem literarum *chen*, id est, *warren wo es hynaus wil sich fürsehen* / prudenter agere & cautè, Non inconsideratè res suas inchoare, cum (uti supra dictum,) Gens sit astuta, provida consilio ac prudens: *Nits* verò adjectio
syla-

syllabica est Vindorum. Præterea non nimis superstitiosè etiam affirmatur, quod derivari possit ab *utilitate* illorum hominum; Ut dicatur q̄s. Lauternus/ Múse Zeute/ adjectis literis U. cum signatura & duorum punctorum; Et antiqui T. pro S. usurparunt, *Johan. Gorop. Becanus lib 5. Gallic. fol. 110. Pet. Gregor. Tholoz. lib. 15. de Rep. cap. 1.* uti & duplex tt. pro duplici ss. Qua isti homines utilitati tum propriæ tum aliorum maximè student; Cum vero nomina in usq̄ & ig Slavica sint, teste *Althamm. in Corn. Tac. Germ.* prior derivatio magis arridet.

III.

Vel antiqua; Lusatia antiquitùs multa alia nomina habuit;

Vocantur Lusatii *Svevi* à *Tac. de Ger. mor. Alth. Comm. ad illum, Dress. de Ger. præcipuis urb.* Et quamvis generalis hæc *Svevorum* dictio, ita ut fetè pro omnibus *Alemannis* sumatur, *Paulo Diacono l. 18. gestorum Romanorum* teste, tamen in specie, cum continentur, *Svevi* vocantur, propter *Svevum* fluvium, Germanicè die *Spreë*/celebratum à *Ptolomæo l. 2. c. 11* juxta *Sprebergam* arcem è *Bohemiæ* montibus qui defluit; Siquidem fluminum nomina durabiliora & evidentiora plerumq; sunt quàm gentium aut populorum, *Caspar Lerch. dict. f. 125. Dress. de Ger. urb. Alth. ad Tac. Germ.* Omninò itaq; credimus *Svevos* esse appellatos. Deinde apertius vocantur *Semnones*, *Svevorum* natio præcipua, ut *Ptolomæo & Cari. Chron. l. 4. Alth. ad Tac.* quos *Strabo* vocat *Cenomannos*, *Paulus Diaconus* *Ceninenses*, *Corn. Tac.* vult à pietate & cultu divino ita esse appellatos. Præterea etiam nominantur *Ilingi*, *Bilibald. Pirckheimer ad Tac. Germ.* Et *Lygij*, *Phil. Melanch. ad Tac. Ger.* Tandem & *Elysiij* nominantur, *Cureauus annal. Siles. part. 1. Chronic. Carionis lib. 3.* Neq; absurdum erit si ab *Elisa* nepote *Japheti*, *Gen. 10. v. 4.* derivetur; *Elisa* enim divinam significat gratiam. Jam à veritate non abhorret, quod ille posteros gratiam & promissionem divinam de vita æterna & bonis cælestibus docuerit, & sic forsitan nomen illi retinuerint, Verisimilius tamen videtur, quod ab *Elistro* omne nomen hoc illis sit impositum, *Chron. Carion. l. 4.*

A 3

IV. Sic

IV.
Sic de definitione Nominis; Sequitur de definitione Rei; Lusatia est natio conveniens cum Silesis.

Distinguo hic nationem à gente, cum gens latius pateat & plus in se contineat nationes. Conjungitur autem Lusatia cum Silesis, I. quia in moribus, animis & lingua nullam ferè discrepantiam observare licet inter illos, II. quia eorum nomina apud Autores sæpè communia habentur; III. Quia locuples testis est proverbium illud, quod Lusatii sint Silesiorum filij, tantùm nominibus differant. Nunc verò Lusatij præfecturas habent proprias, tum Marchiones ab Imperatore constitutos, quam & causam esse arbitror, quare non amplius Silesis annumerentur.

V.
Sic definiendo, sequitur dividendo; Et vel in partes: Lusatia alia superior, alia inferior;

Hæc quidem distinctio Lusatiae in superiorem & inferiorem ante annum Christi 1466. in publicis documentis non invenitur, ut refert *Dress. de precipuis Germ. urb.* Modo autem divisio hæc usurpatione & recepta & firmata; cum tempore enim omnia mutantur & destruuntur. Nullaq; res majus tempore robur habet, *Ovid. l. 4. de Pont.* Utraq; vero tam superior quam inferior suis *Δικαστηρίοις* gaudet propriis.

VI.
Velin Status; Quatenus vel superior, vel inferior; Superior; Et est vel Ecclesiasticus; Et Lusatii sunt devoti & ad cultum divinum proclives.

Luculentissimum hujus rei testimonium manat à *Cor. Tac. de Germ. Morib.* cum Semnonum seu Svevorum religionem describit, quod cum sit inimici testimonium, sibi eo magis fidem conciliabit. Hinc inde illos incensit propter abalienationem opinionum

nionum de Deicultu. Abominabilis quidem sententia, quod
πολυθειότητα, i. multitudinem Deorum probaverint. Et quod
ingenti commiseratione & deploratione dignum, tum, ubi vix
sonus Evangelij aures illorum tetigit, à Pontificibus Romanis
seducti sunt. Tandem tamen per divinam misericordiam ve-
ra Apostolica doctrina ad Lufatos translata est.

VII.

*Vel est Politicus, ubi tum quoad Magistra-
tum; Lusatia tam superior quàm inferior, Electo-
ri Saxonico modò paret.*

Hinc Misniæ & Lusatia superioris & inferioris *Marchio*
vocatur. Germanicè ein *Marggraff* / id est Princeps limitaneus.
Marck enim limitem significat, *Cuspinianus in Procem. Austria.*
Hotom. de verb. feud. verb. Marchiones. Pet. Heig. p. 1. q. 2. n. 57.
Et derivatur à *Mercken* / quod debeant observare & retinere fi-
nes Provinciae. Sunt qui derivant à *Mara*, *Marcka* aut *Mere* /
quod equum & equam significat, abinde & compositum volunt
Archimarschallus, quod nomen est dignitatis & officij, ex græco
ἀρχός, & significat Principem, & ex Germanico *mara*, quod si-
gnificat equam, & ex *schall* l. *schalck* / quod significat ministrum, ut
sit q. Princeps seu præfectus prætorio, seu Magister Palatij, oder
Oberster stallmeister / *Georg. Phil. Harsdorffer de Philolog. Germ.*
Disq. II. n. 33. Goropius l. 2. Orig. Kilian. in Lexico Belgico-latino.
Grassen verò, qui latinè comites nominantur à comitando
scilicet & sequendo, quod semper principibus seu Imperatoris
comitatu adhæreant, neq; usquam pedes ab ipso ponant, *Gisa-*
nus in Indice Lucretii, l. item apud Labeonem §. Comitem ff. de
injur. Paris de Puteo tr. de Duell. §. an Comes l. 7. Franc. Sonsbecc.
de feud. p. 6. c. 7. & 8. Liebenthal Colleg. Polit. Exerc. 9. Germani-
cè appellantur *Grassen*; quod quidam à gravitate deducunt,
quod debeant esse viri graves, morum compositione, virtuti-
busq; omnibus, præcipue Heroica, cæteris eminentes; Cum ta-
men hæc vox magis Teutonica videatur, & præfectum signifi-
cat. Rectè provenit ex istis dictionibus *Marggraff* / qui præfectus
est

est limitum; *Althamm ad Tac. Germ. Dresser. Mill. 6. part. 2. Isag. Hist. part. 5. Spangenberg. spec. Nobil. part. 1. l. 10. c. 19. Christ. Beckmannus de Orig. Lat. Ling. Matth. Steph. de Jurisd. p. 1. l. 2. c. 6. n. 91. Lazius in Comment. Reip. Rom. l. 1. c. 2. Joh. Jac. Speidel in notis ad Thes. Pract. C. Besoldi Lit. V. f. 925.* Ex latino Marchione est Promarchio, ein Landvogt / qui praefecturam habet, à quibus postmodum provinciae vocantur, Marggrosstheimer oder Landvogteyen. Videtur tamen quod primus Marchio de quo aliquid literis traditum Lusatiae fuerit Goro, illustrissimus & fortissimus Princeps, qui insimul Marchio Brandenburgensis; *Spangenberg. eodem loco.*

VIII.

Tum quoad res militares; Lusatii sunt bellicosi.

Scritbit enim *Plinius lib. 4. c. 18. Natur. Hist.* Quod Hermiones (id est Heermänner oder Krtegesleute) bellatores optimi sint, uti constat de exemplo Harminij, tempore Augusti Imperatoris, sub quo etiam nostra Lusatia contenta; Praeterea *Jul. Caf. Comment. bell. Gall. lib. 6.* narrat, quod Suevi sub Ariovisto in Gallia adversus illum familiam duxerint; Et *l. 4.* dicit, Svevorum gens est longè maxima & bellicosissima Germanorum omnium; *Florus verò l. 4.* validissimam gentem nominat; Et *Orosius lib. 6. cap. 9.* maximam, ferocissimam, validissimamq; gentem appellat.

IX.

Sic fuerunt status superiores; Sequitur inferior, & quidem Oeconomicus; Lusatia est satis ferax.

Siquidem ferè omnium frumentorum atq; legaminum genere frugifera; Greges ibi & armenta optimè commodeq; aluntur propter pabulorum copiam, ex quibus postmodum lacte fruuntur, caseos butyrumq; conficiunt; pecudes rudent, atq; lanam vendendo pecuniam colligunt, armentis quibusdam vescuntur, quaedam vero distrahunt. Est ibi tractatio lini, ad vestimenta utilis lini, abundet venaturis, piscatu & aucupijs; habet illa

illa hortos amœnissimos, campos fecundissimos, variaq; arborum sylvestrium genera, quibus vel in re domestica ipsi utuntur, aut pro vitæ necessitate vendunt. Multis etiam in locis sibi Bacchus fertilitatem elegit, ut ferè ubiq; vitiferos possideat montes. Suntq; alia multa majora Lusatis concessa. Videatur *Cyrans Schichfus. Henel, in Silesiographia.*

ΕΠΙΣΤΑΓΜΑ 7 Α.

- I. Rejicimus illos, qui blasphemè contendunt, mulieres non esse homines; Ex *Pet. Gregor. Tholozan. de Republ. l. 7. c. II. n. 66. Simon. Gedicci Defensione sexus muliebris.*
- II. Affirmamus meliùs esse, si infans materno lacte nutriatur; Ex *Tiraquello de Nobil. T. 1. cap. 20. n. 80. Cas. Sphera Civit. lib. 3. c. 17.*
- III. Concedimus Pastoribus fugam in persecutione; Ex *August. Epist. 180. D. Bugenbagio in Meth. cap. 2.*



Altera quum mater cuivis sit patria. Quivis
 Laudibus hinc patriam prensat amore suam.
 Et ceu Roma lupam, sic & Lusatia rura
 Wolffersdorffiadum maëtat honore genus.
 Wolffersdorffides generosi stemmatis augmen
 Nobilius, patriam laudat & inde suam.
 Perge! decus patriæ Te Patres, Lusata Gens Te
 Rursus in altithronos evehet ipsa tholos:
 Et Tibi grata feret, ceu mater, debita: pagi,
 Quo Te magnificent quò patriiq; Lupi,

Id Praeses

CHRISTIANUS GUEINZIUS

optat,



Wey

W Er seinen gantzen Sinn / zu Ehr und höchsten
Ruhm
Des Vaterlandes richt / wer vor sein eigenthum
Die Tugend ihm erkliest / des Lob wird fest verbleiben
Bis daß die letzte Sluth / wird Erd und Welt vertret-
ben.

Ihr Ihr o **WELTHERSDORF** / Ihr habet diesen Sinn /
So nehmet solches lob an stat belohnung hin.

Euch treibt begierd und lust / den ursprung zu erfinden
Woher das Vaterland : Ihr zeigt mit festen gründen
Wie daß es stets nach ruhm durch Tapfferkeit getracht /
Dadurch es dero Sitz sich dienstbar hat gemacht.

Der Adelhaffte Sinn sinnt ferner diese sachen /
Und wil durch wissenschafft sich diesem formig machen /
Er legt die gantze krafft nur an die Weisheit an
Womit man ohne Schwert die Völcker zwingen kan.

Hall hat den anfang Euch zu solcher Kunst gewiesen.
Drum wird Sie auch mit recht von Euch davor geprie-
setz ziehet Ihr dahin da wo der Musen sitz (sen.

Der Themis eigenthum / Parnassens edle spitz :
Zieht hin / und fahret fort / verbleibt auf solchen Sinne /
So wird der stete fleiß noch grösser Lob gewinnen.

dieses wünschet seinem geneigten
Freunde

J. S.



Sonnet.

Wleich wie ein Mahler oft mit Kunstgeübten sinnen
Ein trefflich Bild erfindt / an dessen schöner zier
Der Meister wird erkant / (Apellens Strich geführ
Exempels stat kan sein /) und doch der Farben Rinnen
Der

Der Kunst gar vielmal kan den Vorzug abgewinnen :
Dieweil die Farbe geußt der Kunst bald da bald hier
Ein todes leben ein / wie jenes Pferds begiehr
Mit wiehern nach dem Bild diß gleublich machen können:
So hat mein Edler Freund den Adel hoch verlachtet
Da keine Tugend ist / als die nur edel machet /
Und darum sein geblüth mit Tugenden und Kunst
Noch Edeler gemacht / durch sonderliche Brunst
Zum fleiß getrieben an / sein wolbeschriebnes Land
Dies zeugt / mit dem Er sich der Nachwelt macht bekand !
in eil machts sein dienstverbundener Freund

Gottfried Nitzschmann
von Dresden.

Es ist nicht ohne Anhm / auß adelem Geblüte
Entsprossen seyn / wenn nur ein tugendhaft Gemüte
Dabey zu finden ist ; sonst acht man Adel nicht /
Bey welchem freye Lust zur Tugend stäts ge-
bricht.

Drum der von Wolffersdorf nicht ohne fug und rechte
Kan doppelt Edel seyn / dieweil Er sein Geschlechte
Durch Tugend zieren wil / in dem Er dahin tracht /
Wo Kunst und Wissenschaft auch Tugend wird geacht.
In dem Er sein Gemüht der Gottesfurcht ergeben /
Und jederzeit geföhrt ein Tugend = volles Leben /
Mit hoher Wissenschaft und Künsten außgeziert /
Daß Er den Adelstand mit höchsten Ehren föhrt.
Ich wünsche herzlich Ihm / dem außbund aller Tugend /
Daß Er verstärken mög die Blüthe seiner Jugend
Durch wahrer Weisheit Krafft / ja mit noch größerer
Kunst /
Darzu Ihn kräftig treibt die nie verrauchte Brunst /
Die

höchsten
nthum
bleiben
vertret
n Sinn /
rfinden
ünden
acht /
nachen /
kan.
ewiesen.
gepre-
sen.
Sinnē /
en.
geneigten
S.
nen
ster
geföhrt
innen
Der



74
744

Die sich bey Ihm befindet. Er hat zu Hall erlangt
Durch seinen fleiß solch lob/ daß bey den Sternen prangt/
Er bringt den Ruhm davon/ der lange wird bestehn/
Und kaum mit Halle selbst wird können untergehn.
Zu bezeugung schuldiger Dienst-geflis-
senheit setzt es hinzu

Sigmund Ruprecht Sulzberger
von Dresden.

Die Tugend bricht hervor; Gleich wie die Feuer-flammen
Niemals verborgen sind/ wie auch die hohe Stammen
Des schönen Palmenbaums sich selber Himmel an
Auffschwingen/ weil er nicht gedruket werden kan.
Die Tugend bricht hervor; ob sie gleich muß zu zeiten
Gantz unterdruckt seyn; so kan sie dennoch breiten
Durch ungesparte müß sich zu den Sternen hin
Ans blaue Wolckenfeld/ wo stätig steht ihr Sinn.
Die Tugend bricht hervor; Das Wolffersdorff uns weiset
Der Edel von Geblüt/ so billig wird gepreiset/
In dem sein hoher Geist zum Schloß der Ewigkeit
Voll himlischer begier zu gehen ist bereit.
Die Tugend bricht hervor; in dem die hohen Sinnen/
So von der Götter Burg zu Ihm herunter rinnen/
Sich weiter breiten auß/ in dem sein Vaterland
Von Ihm beschrieben wird durch kunst-gefüllte Hand.
Die Tugend bricht hervor; in dem Parnassus spizen/
Die da von Tugend reich/ von oben her gleich blitzen:
Er jetzt besuchen wil/ den Weg der Tugend schon/
Da Künste finden sich; da ist der Tugend lohn.
So fahret fort mein freund/ den Phöbus brünstig liebet/
Und dem die Pallas sich in Künsten ganz ergiebet;
Biß Euer adel Haupt die Krone zieret dort
Wo Tugend stätig grünt/ So so fahrt/ Liebster fort.
Dieses setzte hinzu

Johann zur Kluff.

E N D E.

ni



ee/

er

so-
nen

ß.

mi

ULB Halle 3
004 969 952



f





tamen hoc ip-
 si evenire
 erudiantur a
 nia bonarum
 etiam aptitu-
 das. Hinc, u-
 entissimi ex
 versus ad Sil-
 Gens
 Provi
 Corp
 Mem
 Prom

Sigil-
finiendo l-
vel prop-
Germana
 Vand
 Sclavis ider
de Ger. Urb
 insubida (u
 hoc ipsum i
 subjiuntur
Alhamm. s
 difficultatis
de Augmen
 verò ad illu
 probabilita
 in rebus cla
 est, ponere
 à verbo Ger
 warten wo
 Non inco
 Gens sic aff



litione tin-
 a præceptis
 orum inge-
 cia, verum
 as præstan-
 artificij sei-
Siles, part. 2,
 sequentes:

sta,
 ris,
 udis,

ado; De-
is; Et est
o, partim

à Luc, quod
 ex / Dresserus
 erivatio hæc
 ovenientia
 mora oculis
 tatur, testis
 iquantulum
ulamius l. 1,
 potest. Cum
 or satis esse
 it dabitur, si
 isimillimum
 o, die & ausniz/
 chen, id est,
 ere & cautè,
 ora dictum,)
 erò adjectio
 sylla-

